Vras sirus natione anthiocenus arte medicus. discipulus apostolorum postea paulū secutus usque ad consumationē eius seruiens dño sine crimine; tam nec uxorem unū habens nec filios: septuaginta et quatuor annorū obiit in bithynia plenus spiritu sancto. Qui cū iam scripta essent euāgelia. p matheū quidē in iudea. p marcū aūt in italia: sancto instigante spiritu in achaie partibus hoc scripsit euangeliū: significans etiā ipe in principio ante suū alia esse descripta. Cui extra ea q ordo euāgelice dispositionis exposcit. ea maxime necessitas laboris fuit: ut primū gecis fidelibus omni pheratione venturi in carnē dei cristi manifestata humanitas: ne iudaicis fabulis attenti. in solo legis desiderio tenerētur: uel ne hereticis fabulis et stultis sollicitationibus seducti excederent a veritate elaborarent: dehinc ut in principio euangelij iohānis nativitate presumpta. cui euangelium scriberet et in quo electus scriberet indicaret: cōtestās i se cōpleta esse. q essent ab alijs inchoata. Cui ideo post baptismū filij dei a predicione generationis i cristo implere reprende a principio nativitatis humane potestas pmissa ē: ut requirentibus demonstraret in quo apprehendēs erat per nathan filiū ~~dauid~~ introitu recurrentis i deū generationis admisso. indisparabilis dei pdicās in hominibus cristū suū. predicī opus hois redire in se p filiū faceret: qui per dauid patrē venientibus iter pbebat in cristo. Cui luce non immerito etiā scribēdorum actuū apostolorū potestas i ministerio datur: ut deo in deū pleno et filio pdicationis exercito. oratione ab apostolis facta. sorte domini electionis numerus compleretur; sicq paulus cōsummationē apostolicis actibus daret. quē dñs cōtra stimulū recalcitrantē dñs elegisset. Quod et legentibus ac requirentibus deū. et si per singula expediri a nobis uile fuerat: scienti tamē q operātem agricolā oporteat de suis fructibus edere. vitauim publicā curiositatem: ne nō tā volentibus deū demōstrare videremur. quā fastidientibus prodidisse.

Explicit pfacio. Incipit euangelium secū lucā. Prohemiū ~~ipius~~ beatiu/ ri. i euāgelium suum.

Quoniā quidē multi conati sūt ordinare narrationes q i nobis completē sūt rerū. sicut tradiderūt nobis q ab initio ipi viderūt. et ministri fuerūt sermonis: visū ē et michi assecuto omnia a principio diligēter ex ordine tibi scribere optime theophile: ut cognoscas eorū verborū de q̄bus erudit es veritatē. c. i. Incipit ce

Fuit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidam nomine zacharias de vice abia. et uxor illi de filiabus aaron: et nomen eius elizabeth. Erant autem iusti ambo ante deum: incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus domini sine querela. Et non erat illis filius. eo q esset elizabeth sterilis: et ambo processissent i diebus suis. Factū est aūt cū sacerdotio fungeretur zacharias in ordine vicis sue ante deū: secū cōsuetudinem sacerdotij sorte exiit ut incensum poneret ingressus in templū domini. Et omnis multitudo pli erat orās foris hora incensi. Apparuit autem illi angelus dñi: stans a dextris altaris